

Tædæ Nuptiales

Ipsò Pii Amoris Festo

V I R I

Clarissimi, nec non Doctissimi,

DN. M. CHRISTOPHORI
POMARII,

P

Gymnasi Wratisl. Magdalenæ Conrectoris & Pro-
fessoris meritissimi
SPONSI,

Et

Fæminæ
Virtutum Decore Florentissimæ

MARTHÆ Wagenknechtin /

Viri quondam

Spectatissimi, Honoratissimig,

JOHANNIS RÜGERI,

Civis & Zythopolæ Wratisl.

Viduae relictae,

SPONSÆ

d. 4. Octobr. A. R. S. M DC LXVL

Celebrato,

Flagrantibus votis

accensæ,

¶

Discipulis Ejusdem gratissimis,

VRATISLAVIAE,

Typis BAUMANNIANIS, exprimebat
JOHANN, CHRISTOPH, JACOB.



POMARIUS

xai' avayę.

PIUS AMOR.

GArpere poma cupis truncī? prius insere ger-
men,

Gnaviter atq; riga ,tunc tibi poma dabit.

Aut ex scintillā fieri mox expetis ignem?

Flando fit ignis edax ; qui modo sumus erat.

Sic tibi conjugii sacratus luceat ignis,


Cordis in occulto , sic PIUS ardet AMOR.

In vobis hoc esse ratum , Par nobile , notum ,

Fructus quapropter largus amoris erit.

Nam tibi , POMARI , thalamus sua Poma daturus ,

Cum PIUS urat AMOR,dum PIUS uret AMOR.



Hic se paucis Praeceptoris suo colendo gra-
tulari ceterusq; pio pralucere ex-
emplo voluit debuitq;

1018420

DAVID SCULPTUS,

1018420

Vratisl. Sil.

Vivite

Vivite pacifici, quos iunxit dextra Jehovæ,
Vita usq; ad finem vivite pacifici.

Andreas Schüller, Stein. Sil.

Conjugii suavem, Pomari, conseris hortum:
Mala det ille ferax, det mala nulla tibi.

Elias Aebelius, Glog. Sil.

Cultor, Pomari, similes thalamiq; scholæq;,
Gaudeat officiis hortus uterq; tuis.

Samuel Wernhard, Francof. March.

Dum celebrare paras, Neonymphe, Hymenæia festa—
Fausta tibi ex animi mente tuæq; precor.

Christophorus Heintzius, Vrat. Sil.

Cancrinum

Dissocio tibi nec cupio te, diruo nostra
Fœdera nec conjux sum tibi perreverens.

Casparus Wincklerus, Sprot. Sil.

Sic voveo ex animo, Pax & Concordia vobis
Adsist perpetuo: sic voveo ex animo.

Andreas Rosler / Vrat. Sil.

Ut Laurus nunquam frondis dimittit honorem:
Sic vireat vester, sic vigeatq; Thorus.

Johannes Runge / Vrat. Sil.

Cancrinum.

DIsidii mala fax disturbet candida lecti
Gaudia nec semper sit bene conjugibus.

Casparus Neumann / Vrat. Sil.

ADsit Eros procul ab sit Eris. Non tedia tedis
Accedant. Cedant, quæ nocitura Tibi.

Theophilus Wagner / Vrat. Sil.

CRescite felices, concordes crescite Sponsi:
Filiolosq; ferat, filiolasq; Thorus.

Christoph. Oelselius, Lucca Lusatus.

SIt felix thalamus, reddat solatia multa:
Sit sine lite novus, non sine prole, Thorus.

Daniel Walter / Vrat. Sil.

VOta petis saltim, Pomari, en accipe votum;
Conjuge cum dulci, vive, vigesce, vale.

Matthias Mosolffius, Rupin. March.

Quid mala, quid jungit Sponsus sibi? sed bona jungit
Scilicet hac retulit, dum pius illa tulit.

Samuel Hoffmann / Vrat. Sil.

VIve diu socia cum vita prosper, & unum
Imprimis juncti pectus habete duo.

Georg. Klein, Vrat. Sil.

Vota

Vota ferunt junctim, voluit quos jungere Fatum:

Vota dabunt, ut sint More & Amore pares.

Christoph. Pricelius, Dracorin. Sil.

Quid mea Musa voves? voveo par fædere junctum,

Protegat a cunctis fova Polarcha malis.

Georg. Wilhelm Cralovvitz,
Poson. Hung.

COnjugium latum sit sponsis atq; suave,

Et capiant casti gaudia plena thori.

Johannes Reinholdus Bausius,
Hallensis Sax.

Optima fata tibi spondet, Sponse optime, vita

Optima: Fortunæ sic faber ipse tua es.

Christianus Hermannus, Namsl Sil.

Jungat se vobis jnctis, Concordia firma

Vt semper thalamus sit sine lite novus.

Franciscus Polcke, Vrat. Sil.

Nupta Thori tibi Dos, Epicharme, sat aqua Thalasso:

Vota fero & facio lemma: SIT VNA diu!

Christophorus Friben.

Vivite florentes opibus natisq; jugali;

Vivite Nestoreos, sed sine nube, dies,

Samuel Ruthardus, Hirschberg. Sil.

O Mne malum fugiat thalamum, Par nobile, vestrum:
Felices vestris sint maneantq; Lares.

Georg. Trost / Olsenf. Sil.

Dum sacra jam celebras sponsalia, cœlitus opto,
Conjugium ut felix sit, Neonymphe, Tibi.

Samuel Rußwurm / Coblin.
Polon.

TEmpore Pomiferi Autumni Tibi jungis Amicam,
Pomari, ut carpas annua poma, precor.

Fridericus Michwald / Hirschberg.

Gaudia dans Hymenæus, det, quo gaudia semper
Conjugio in lato sint, Epicharme, tibi.

Paul Reinhard à Beyern.

* **M**Emmonis Effigies, ceu Phœbo tacta, loquuta est;
Sic ictus sponsi lumine fausta precor.

* Tacit. Ann. 2.

Hermannus à Pucher.

VIvite felices, concordes vivite Nupti:
Hoc ego de votu corde animoq; precor.

Emanuel Frienel / Vrat. Sil.

Comiter ut Turtur vivit cum Turture, felix
Sic tibi, Pomari, sit sine bile thorax.

Godofredus Steidnerus, Gryphorin.

Re

RE thalamus vester sit progenieq; secundus,
Et grata vigeat prosperitate, precor.
Joh. Ernest. Aichlerus, Bernstad.

Let Itas Inter propaget Nestoris annos :
Magni's & Incepta prosperet Ipse Deus.
Henricus Rohde / Gedanens.

Octobris q' Varta CeLebrat LVCE en hy Menaos
præceptor pacatos. prospera ego opto LVbens.
Johan. Albert. Crantzius, Leoberg.
Sil.

Conjugii dum, Sponse, subis, Clarissime, leges,
Gratulor ex animo prospera cuncta precans.
Christianus Wessius, Cuprimont. Sil.

Vivite felices, Neonymphi, vivite sani,
Vivite concordes, vivite proliferi.
Joh Georg Zeh. Cuprimont. Sil.

Vivas, Præceptor, Sponsa cum compare vivas
In columis: Voti hæc summa caputq; mei.
Johan. Geog. Kolbius, Parchwitz.
Sil.

Vivite concordes, Sponsi, per Nestoris annos,
Salvi & facundi, vivite, dante Deo.
Michael Gebhardus, Sora Lufatus.

Hem

Hem tibi, Pomari, dat pomus mitia poma —,
Ut possis felix carpere dona Thori!

Balthasar Dörffer / Wol. Sil.

Alma TRIAS vestri thalami, oro, fæder a firmet,
Ornet, conservet, prosperet alma TRIAS.

Johan. Balthasar Büttner /
Wol. Sil.

Anno cum sponsa salvus tot vivito, flores
Quot fert Hybla, Ceres grana quot alma parit.

Hein. Christianus Mærischerus,
Wol. Sil.

Pectore sincero quem fers, Praeclare Magister,
Christus, conjugii det bene ferre jugum.

Joh. Scultetus, Herrnstad. Sil.

Sors, Lucina, Venus: Thesauris, Prole, Calore:
Tecta, Thorum, Mentes: compleat, ornet, alat!

Joh. Albert. Amman, Beuth. Sil.

Ter geminus simplexq; Deus vos protegat ambos:
Hoc mecum Pindi musica turba vovet.

Christian Friemel / Vrat. Sil.

Vota decent sponsos: Tibi, Vir præclare, quid optem?
In thalamo videas prospera cuncta, precor.

Adam Sigismundus Scholz / Vrat. Sil.

Non

NOn vexent thalamum funesta incommoda sortis
Vestrum: sed cingat Pax opulenta domum.
Joh. Kurzmann / Vrat. Sil.

SIs prosp̄er, faveatq; tibi Concordia, Sponse,
Mella fluant thalamo, lacq; merumq; fluant.
Heinricus Röricht / L. L.

VOta secunda paro, Sponse; O sint vota secunda,
Quis recreat latum, Sponsa venustra, thorum!
Joh. Christoph. Hilischer, L. L.

HOc do, Præceptor, votum pro carmine: Vestram
Copia larga domum prosperitasq; beat!
Joh. Georg. Transfeldius, Strasburg. Borus.

Hac, Vir Docte, die celebras sponsalia latu:
Sint reliqua & Thalamo temporalia tuo.
Casparus Schallerus, Vrat. Sil.

SIt felix thalamus, cumulet Deus optima quæ
In Te, Pomari: Vive, vigesce, vire.
Georg. Sigismundus Nagel /

LÆta tenore fluat nuptis fortuna sequendo,
Et fugiant tutum lœva pericla thorum.
Godofredus Wimmerus, Vrat. Sil.

ADfero devotum votum pro carmine, Sponse:
Augeat Autumnus divite fruge domum.
Joh. Ernest. Güssowius, Dracomont. Sil
B Conju-

COnjugio vestro, quævis sinat esse Jehova.

Prospera, cum sponsa, spōnse vigesce diu.

Christian. Schauertus, Lucca Lusat.

Conjugium sit suave jugum, per Nestoris annos,

Conjugibus voveo, quos bene jungit Amor.

Jacobus Wilisius, Herrnstad. Sil.

Dum lepidam ducis Sponsam, Doctissime Sponse,

Scriniolo ex cordis, plurima fausta precor.

Johan. Georg. Peißker /

Quod valeo, votum facio: Vos omnibus ornet

Corporis ac animi, gratia dia bonis.

Godofredus Vogelius, Vrat. Sil.

Dulci, qui socia, studii, Vir Clare, Brabeo

Famfrueris, Pylii secula vive senis.

Georg Neukirch / Lesn. Pol.

Par quod legitimo sociavit fædere Christus,

Nestoreos annos vivat, ovetq; , precor.

Christoph. Georg. Fischer / Coblin. Pol.

UT Rosa victuro floret ridetq; Roseto,

Sic tibi, Pomari, sit thorus usq; virens.

Joachimus Sigism. Rampusch / Vrat. Sil.

Gratia sit tecum Domini & cum Conjuge Martha,

Sit thalamo semper Pax laribusq; , precor.

Christian. Usingius, Vrat. Sil.

Conju-

COnjugium vestrum claro sol lumine semper
Prospiciat Jurgens; respiciatq; cadens,
Joh. Holl. Vrat. Sil.

Que Schola nostra vovet Sponsis bona vota novellis:
Hac junctim voveo: quid melius voveam?
Georg. Fridericus Hermannus, Reichst. Sil.

OPro tibi, vivas felix, Praeceptor amande,
Conjugiumq; pium, prospiceret alma Trias.
Frid. Geitziger / Vrat. Sil.

SVa viter ut charâ vireat cum Conjuge Conjux,
Ac annos replete Nestoreos, voveo.
Martin. Heinricus Gebhard. Vrat. Sil.

VIve valens multos, Clarissime Sponse, per annos,
Cum suavi felix conjuge vive valens,
Andreas Goldbachius, Vrat. Sil.

IN columnes, Sponsi, longævam ducite vitam:
Vivite felices: sit procul omne malum.
Joh. Andreas Mauersberger / Vrat. Sil.

OMnia fausta tibi det dextera fausta Parentis
Ætherei, solus qui dare fausta potest.
Quirinus Gulmannus, Vrat. Sil.

ADibus in vestris, semper pax alma virescat,
Vndiq; vestra domus sit benedicta, precor.
Gottfried à Tiliisch.
Incolu-

IN columnes Sponsi bene vivite, vivite lati,

Sit vobis præsto gratia larga Dei.

Godofredus Lehmannus, Vrat. Sil.

QValia, Pomari, tibi sunt nova fœdera lecti,

Talia sint posthac tempus in omne tibi.

Sigismundus Götz / von Garamsöck / Hung.

FLabra precor thalamis adspirent mitia vestris :

Stet sine lite domus, stet sine labe thoros.

Martinus Reichel / Vr. Sil.

PAr amor, (hoc voveo) par pax, par copia rerum,

Vobis sit semper, progeniesq; pia.

Daniel Lindner, Dracomont. Sil.

COnjugio hoc vobis sociatis appreco unum,

Vt vos nulla dies dissociare queat.

Constant. Nath. Guttermuth / Dracor. Sil.

Postremus voveo, feliciter omnia cedant,

Et jubeat votis pondus inesse Deus.

Samuel Sepsy, Patac. Hung.

